

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Auditor b
cum fonte primo

Vidit apostolus in audiendo facillime
seruari humilitatem
que difficilis est in docendo,
quoniam necesse est
ut doctor habeat superiorem locum,
ubi laboriosum est optinere
ne subrepat elacio.

Augustinus super illud Iacobi I.: Sit
omnis homo uelox ad audiendum.

uidit enim in audiendo facillime
seruari humilitatem,
quae difficilis est in docendo,
quoniam necesse est,
ut doctor habeat superiorem locum,
ubi laboriosum est obtinere,
ne subrepat elatio.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*,
266.2 (CSEL 62, A. Goldbacher ed.,
p.649, ll.3-6).